

## No. 161. 1252. 9. März.

*Der apostol. Legat Cardinal Hugo ordnet die Residenz der Domherren am Orte ihrer Kirchen nachdrücklichst an.*

Venerabili in Christo patri Conrado episcopo Misnensi frater Hugo divae Sabinae presbyter cardinalis apostolicae sedis legatus salutem et sinceram in domino caritatem. Ad audientiam nostram pervenit, quod nonnulli canonici ecclesiae Misnensis et aliarum ecclesiarum vestrae dioecesis praebendarum suarum proventus percipientes non curant in ecclesiis, in quibus illas obtinent, residere, propter quod ecclesiae ipsae debitis servitiis defraudantur. Nolentes itaque, ut in ecclesiis diminuatur divini nominis cultus, sed potius augeatur, nostra qua fungimur auctoritate mandamus, si est ita, dictos canonicos ad faciendam debitam in ecclesiis suis residentiam, secundum antiquam et approbatam ecclesiarum ipsarum consuetudinem, monitione praemissa ut auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam compellatis, contra eos ad privationem praebendarum suarum, si rebellio ipsorum meruerit, nihilominus processuri. Datum Hildensem VII. Id. Martii, pontificatus domini Innocentii III. anno nono.

Fabricii annal. urb. Misn. p. 345. — Calles series Misn. episcop. p. 176.

Das Original wurde nicht aufgefunden. Wenn aber in Grundmanns Abschrift (cod. dipl. eccl. Misn. I. S. 93) statt anno nono es heisst anno vero M. CC. XL. nono, so ist dies falsch, indem eine Urkunde von demselben Tage und Jahre (Leuckfeld antiqu. Gandersh. S. 180) des Card. Hugo Anwesenheit in Hildesheim am 9. März 1252 bestätigt.

## No. 162. 1252. 22. Mai.

*Markgraf Heinrich der Erlauchte transsumirt die Urkunde K. Otto III. vom 6. Oct. 995 (No. 13.) und bestätigt deren Inhalt.*

Nos Henricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio Thuringorum lantgravius et Saxoniae comes palatinus omnibus imperpetuum. Volumus notum esse tam praesentibus quam futuris quod privilegium terrae Wurzinensis non abolitum, non cancellatum nec in aliqua sui parte vitiatum perspeximus in haec verba:

In nomine etc. — No. 13. — Actum Hauelungberge feliciter amen.

Ut igitur omnia praedicta circa episcopum et Misnensem ecclesiam a nobis et a nostris heredibus inviolabiliter observentur nec ab aliquo<sup>1)</sup> infringantur, praesentem paginam desuper conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Petivimus etiam ad confirmationem huius facti sigilla venerabilium dominorum Magdeburgensis archiepiscopi et Nuwenburgensis et Merseburgensis episcoporum huic privilegio applicari. Datum Misnae anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LII<sup>o</sup>. XI<sup>o</sup>. Kalend. Junii, indictione X<sup>a</sup>. Huic facto interfuerunt dominus Theodericus Nuwenburgensis episcopus, Henricus Misnensis ecclesiae praepositus, Wernherus de Kirhebere praepositus, Otto de Vipehe Magdeburgenses canonici, Johannes prior fratrum praedicatorum in Lipzk, Gozwinus

1) in aliquo Transsumpte no 163. 164 u. 170.  
COD. DIPL. SAX. II. 1.